

D E D I C A T I O.

rit autem unicè necessarium, ut semper Latine loquaris cum iis, quibuscum vivis ( in quibus principem locum obtinet Sigismundus Dörfeld, excitati ingenii juvenis) allatis in mediū phrasibus Terentianis & Plautinis. Atq; ab his duobus authorib. non discedes, nisi & eleganter & promptè loqui possis. Tum accedes ad Ciceronis epistolas, quarum hic erit usus. Quemadmodum praxis Terentii & Plauti consistit in familiaribus colloquiis: ita praxis epistolarum Ciceronis absolvitur scriptione, quam tibi commendo geminam. Primùm sæpe scribes ad notos, tum omnem tuam vitã, aliorum etiam actiones conscribes, & finges personas, ad quas, & argumenta, de quibus scribes. His absolutis ad Logicam properabis: sed ad Logicam genuinam, hoc est, talem, quæ usum præceptis adjungit. Hic facile excellit triplex usus locorum inventionis, quem tibi hic liber monstrabit. Cum Logicã conjunges Rhetoricam, non quamvis, sed talem, quæ distinctè proponit formulas figurarum ex optimis authoribus selectas, quæq; partem specialem de usu troporum & figurarum non prætermittit. Hujusmodi Rhetoricam brevi à nobis habebis, Deo benedicente, & aliquando pro isto labore, quem in illã adornandã exantlare stat sententia, gratias ages. Linguam Græcam non negliges, sed eã contentione disces, ut possis interpretari textũ  
facilem